

INTROIT

Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum. (Ps. 77: 1) Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

COLLECT

Magnificet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ et Damiáni beáta sollémnitas: qua et illis glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Gabriel

Deus, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti: concéde propítius; ut, qui festum ejus celebrámus in terris, ipsíus patrocínium sentiámus in cælis: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Jeremiah 7: 1-7

In diébus illis: Factum est verbum Dómini ad me, dicens: Sta in porta domus Dómini: et prædica ibi verbum istud, et dic: Audíte verbum Dómini, omnis Juda, qui ingredimini per portas has, ut adorétis Dóminum. Hæc dicit Dóminus exercítuum, Deus Israël: Bonas fácite vias vestras et stúdia vestra: et habitábo vobiscum in loco isto. Nolíte confídere in verbis mendáccii, dicéntes: Templum Dómini, templum Dómini, templum Dómini est. Quóniam si bene direxéritis vias vestras et stúdia vestra: si fecéritis iudícium inter virum et próximum ejus, ádvenæ et pupillo et víduæ non fecéritis calúmniam, nec sánguinem innocéntem effudéritis in loco hoc, et post deos aliénos non ambulavéritis in malum vobismetípsis: habitábo vobiscum in loco isto, in terra, quam dedi patribus vestris a sæculo et usque in sæculum: ait Dóminus omnípotens.

GRADUAL Psalms 144: 15-16

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno. Aperis tu manum tuam: et imple omne ánimam benedictióne.

GOSPEL Luke 4: 38-44

In illo témpore: Surgens Jesus de synagóga, introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus: et rogavérunt illum pro ea. Et stans super illam, imperávit febrí: et dimísit illam. Et continuo surgens, ministrábat illis. Cum autem sol occidísset, omnes, qui habébant infirmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille síngulis manus impónens, curábat eos. Exíbant autem dæmónia a multis, clamántia et dicéntia: Quia tu es Fílius Dei; et íncrepans non sinébat ea loquí, quia sciébant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desértum locum, et turbæ requirébant eum, et venérunt usque ad ipsum: et detinébant illum, ne discéderet ab eis. Quibus ille ait: Quia et álíis civitatibus opórtet me evangelizáre regnum Dei: quia ídeo missus sum. Et erat prædicans in synagógis Galilææ.

OFFERTORY Psalms 137: 7

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, Dómine: et super iram inimicórum meorum exténdes manum tuam, et salvum me fáciat dextera tua.

SECRET

In tuorum, Dómine, pretiósá morte justórum sacrificium illud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne princípium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Gabriel

Accéptum fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostræ servitútis munus, et beáti Archángeli Gabriélis orátio: ut, qui a nobis venerátur in terris, sit apud te pro nobis advocátus in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 118: 4-5

Tu mandásti, mandáta tua custodiri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas justificatiónes tuas.

POSTCOMMUNION

Sit nobis, Dómine, sacraménti tui certa salvátio: quæ cum beatórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni méritis implorátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Gabriel

Cóporis tui et Ságuinis sumptis mystériis, tuam, Dómine, Deus noster, deprecámur cleméntiam: ut, sicut, Gabriélem nuntiánte, incarnationem tuam cognóvimus; ita, ipso adjuvante, incarnationis ejúsdem beneficia consequámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Subjéctum tibi pópulum, quæsumus, Dómine, semper fáciat cæléstis mandátis: et tuis imperiis obtemperáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

I am the salvation of the people, saith the Lord: from whatever tribulation they shall cry to Me, I will hear them; and I will be their Lord forever. (Ps. 77: 1) Attend, O My people, to My law; incline your ear to the words of My mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I am the salvation of the people, saith the Lord: from whatever tribulation they shall cry to Me, I will hear them; and I will be their Lord forever.

May the blessed feast of Thy Saints, Cosmas and Damian, magnify Thee, O Lord, for on this day Thou didst, in Thine ineffable providence, confer on them everlasting glory, and on us the resource of their help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, who didst choose from among all other angels the Archangel Gabriel to announce the mystery of Thy Incarnation, grant in Thy mercy that celebrating his feast on earth we may reap the effect of his protection in Heaven. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, the word of the Lord came to me, saying: Stand in the gate of the house of the Lord; and proclaim there this word, and say: Hear ye the word of the Lord, all ye men of Juda, that enter in at these gates, to adore the Lord. Thus saith the Lord of hosts, the God of Israel: Make your ways and your doings good; and I will dwell with you in this place. Trust not in lying words, saying: The temple of the Lord, the temple of the Lord, it is the temple of the Lord. For if you will order well your ways and your doings; if you will execute judgment between a man and his neighbor; if you oppress not the stranger, the fatherless, and the widow, and shed not innocent blood in this place, and walk not after strange gods to your own hurt; I will dwell with you in this place; in the land which I gave to your fathers from the beginning, and forevermore: saith the Lord almighty.

The eyes of all hope in Thee, O Lord; and Thou givest them meat in due season. Thou openest Thy hand, and fillest every living creature with blessing.

At that time, Jesus, rising up out of the synagogue, went into Simon's house: and Simon's wife's mother was taken with a great fever, and they besought Him for her. And standing over her, He commanded the fever, and it left her: and immediately rising, she ministered to them. And when the sun was down, all they that had any sick with divers diseases, brought them to Him: but He laying His hands on every one of them, healed them. And devils went out from many, crying out, and saying: Thou art the Son of God. And rebuking them, He suffered them not to speak, for they knew that He was Christ. And when it was day, going out He went into a desert place; and the multitudes sought Him, and came unto Him; and they stayed Him that He should not depart from them. To whom He said: To other cities also I must preach the kingdom of God, for therefore am I sent. And He was preaching in the synagogues of Galilee.

If I shall walk in the midst of tribulation, Thou wilt quicken me, O Lord: and Thou wilt stretch forth Thy hand against the wrath of my enemies; and Thy right hand shall save me.

We offer Thee, O Lord, in the meritorious death of Thy Saints, this sacrifice, from which alone martyrdom hath sprung. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the offering of our service and the prayer of the blessed Archangel Gabriel be acceptable in Thy sight, O Lord; that he whom we venerate on earth, may be our advocate before Thee in Heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Thou hast commanded Thy commandments to be kept diligently: O that my ways may be directed to keep Thy statutes.

May we be allotted, O Lord, the salvation pledged by Thy sacrament, which we implore by the merits of Thy blessed Martyrs Cosmas and Damian. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Having partaken in the mysteries of Thy Body and Blood, we implore Thy clemency, O Lord our God; that we to whom Thy clemency, O Lord our God; that we to whom Thine Incarnation was made known by the message of Gabriel, may likewise obtain through his help the benefits of that same Incarnation. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God.

May heavenly favor increase the people that is subject to Thee, O Lord, and ever make it to serve Thy bidding. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.